

1 Anule, formosae digitum vincture puellae,
in quo censendum nil nisi dantis amor,
munus eas gratum! Te laeta mente receptum
protinus articulis induat illa suis;

5 tam bene convenias, quam mecum convenit illi,
Et digitum iusto commodus orbe teras!
Felix, a domina tractaberis, anule, nostra;
invideo donis iam miser ipse meis.
O utinam fieri subito mea munera possem

10 artibus Aeaeae Carpathiive senis!
Tunc ego - si libeat dominae tetigisse papillas
et laevam tunicis inseruisse manum -
elabar digito quamvis angustus et haerens,
inque sinum mira laxus ab arte cadam.

15 Idem ego, ut arcanas possim signare tabellas,
neve tenax ceram siccaque gemma trahat,
umida formosae tangam prius ora puellae—
tantum ne signem scripta dolenda mihi.
Si trahar, ut condar loculis, exire negabo,

20 adstringens digitos orbe minore tuos.
Non ego dedecori tibi sim, mea vita, futurus,
quodve tener digitus ferre recuset, onus.
Me gere, cum calidis perfundes imbris artus,
damnaque sub gemmam fer pereuntis aquae—

25 sed, puto, te nuda mea membra libidine surgent,
et peragam partes anulus ille viri.
Inrita quid voveo? Parvum proficiscere munus;
illa datam tecum sentiat esse fidem!

1	<i>anulus, i m</i>	Ring
	<i>digitum, i n</i>	Finger
	<i>vincire, vincio, vinxi, vinctum</i>	fesseln
2	<i>censendum</i>	erg. <i>est</i> : es muss wertgeschätzt werden
3	<i>munus, muneris n</i>	Geschenk
4	<i>protinus (Adv.)</i>	auf der Stelle
	<i>articulus, i m</i>	Fingerglied
	<i>induere</i>	anziehen
5	<i>convenire</i>	hier: passen
	<i>quam mecum convenit illi</i>	wie sie und ich zusammenpassen
6	<i>terere</i>	reiben
	<i>orbis, is m:</i>	Kreis
7	<i>tractare</i>	betasten
8	<i>invidere + Dativ!</i>	beneiden
10	<i>artibus... senis</i>	„mit der Zauberkunst der aeaeischen Frau (=Circe) oder des Greises vom karpathischen Meer (=der Meergris Proteus“)
11	<i>libet + Dativ</i>	es beliebt
	<i>tetigisse</i>	= tangere (übersetze als Infinitiv Präsens)
	<i>papilla, ae f</i>	Brust
12	<i>inserere</i>	hineinführen (übersetze als Infinitiv Präsens)
13	<i>elabi, elabor, elapsus sum</i>	herausgleiten
14	<i>laxus</i>	locker, lose
15	<i>arcanus, a, um</i>	geheim
	<i>signare</i>	versiegeln
16	<i>neve...trahat</i>	„damit der klebrige und trockene Siegelring das Wachs nicht an sich zieht“
17	<i>umidus, a, um</i>	feucht
18	<i>tantum ne</i>	wenn nur nicht
	<i>signare</i>	versiegeln
	<i>scriptum, i n</i>	Brief
19	<i>loculum, i n</i>	Schmuckkästchen
	<i>negare</i>	sich weigern
20	<i>adstringere</i>	fest umschlingen
21-	<i>dedecor, oris n</i>	Schande (hier im doppelten Dativ bei esse)
	<i>sim...futurus</i>	umschreibendes Futur: „ich will dir sein“
22	<i>onus, oneris n</i>	Last
23	<i>perfundere</i>	übergießen
	<i>calidus, a, um</i>	warm
	<i>imber, imbis m</i>	Wasserguss
	<i>artus, us m</i>	Glied
24	<i>damna...aquae</i>	„etrag es, wenn Wasser unter den Stein dringt“
25	<i>te nuda</i>	Abl.abs.
	<i>partes peragere</i>	die Rolle Spielen
27	<i>inrita vovere</i>	unerfüllbare Wünsche hegen

